Dux Curlandiæ 7. Jan. 1719

Monseigneur

Pos.

No 32.

Ipso trium Regum Festo, ad manus meas gratissimæ Illmæ Vestræ Excellentiæ die. 1. præsentis exaratæ pervenêre literæ, ostendentes constantissimum benevolentiæ suæ erga me, quovis demerendum gratitudinis genere, affectum, et quod concernit adjunctum eis Scriptum recognitionis germanicum, si dignaretur Illma Vestra Excell: sibi explicare cum transmisso nuper â me, differentia eorum pateret, intendunt quippe, non tantum aliquot mihi de provenienti summa detrahere millia, sed etiam incertos assignant terminos, ad quorum solutionis usq terminum nullæ currunt mihi provisiones, et in duobus annis solvendam in Saxoniam non exiguam summam â qua in illis annis duobus provisiones quoq deficiunt, et sic undiq damna in me redundarent, remittere volunt ac si id ex Decreto et voluntate S. R. Mtis fieret, prætenduntq desuper recognitionem meam, ac si voluntate et consensu meo /: quod tamen nunquam factum :/ ita omnia sint transacta ac comprobata, quemadmodum jam anterioribus meis etiam come-

moravi literis. In quantum hæc S. R. Mtis Decreto suo ita
determinaret, circa illud acquiescere haud renuo et contro
versia amplius haud foret, nec opus esset aliqua expa
Mea recognitione quam transmissa mea, ne etiam in ho
aliquis remaneret prætextus, ita conscripta uti res ex o
gationibus Regiis et inito Contractu Regio se habent et c
stitutæ sunt, quas expressiones ipsi nolunt sed provenie
tem omittunt summam; Nec video, quomodo agendum cum
Generali Wackerbart, quando partis simul et Judicis vice
in hoc negotio obit, non solum hypothecatos mihi proventu
hujus Portonii, recepit, sed etiam absq; fundamento tot m
detrahere, loco imperialium in specie per duos computando
Florenos Caesareos, tantum sex Tymfones numerare, in longost
minos directas dare assignationes, et in Saxoniam vult rem
tere, Nam si contractus sui sunt valoris, juxta eorum ten
rem veniunt determinanda negotia, Sin verò S. R. Mtis Dec
to suo ita expresse jussent, nulla opus est recognitione
Nisi ea à me jam transmissa, quam Illmæ Ex. Excellentia

sibi exponere benignè faciat et videbit nullam esse in Es=
sentialibus differentiam, quando contentus sum voluntate
Regia, ac S. R. Mti Domino Nostro Clementissimo haud gra,
vatim id remonstrare velit, quo tandem vigore Regiarum
asseurationum et Contractus Regii, quod meum est, uti et
S. R. Mtis tam per ipsam Illmam Exam Excellentiam, quam
etiam DDn: Generales Fleming et Wackerbart, id aliquo,
ties clementissimè declaravit, ejusmodi assignationibus
ut in Festo Purificationis Mariæ centum millia floren:
mihi assignarentur uti anterioribus etiam rogavi literis,
et ad summum in spatio unius anni, consequi possim, ac
Hanc pro summe necessaria subsistentia mea, aliquot mil
lia imperialium, mihi exsolvantur, Nam quæ expressa est
S. R. Mtis voluntas, ei semper me sum conformaturus, men,
temq S. R. Mtis, in spe consequendæ aliam gratiam Regiam
secuturus eidemq me submitto, Et quemadmodum expromi,
sis genuinus rerum patet status; Sic etiam Illmam Vestram

200.

Excellean̄ Vrsce enixissimè rogo, de itinere meo in Curlandiam, quod habitis litteris S. R. Mtis ad S. Caaream Mtem atq; Rescripto Regio, facere haud est possibile absq; necessaria pecunia, nuper jam petitam ea propter mentem S. R. Mtis clementissimis litteris responsoriis, expecto enumerandam mihi hac pecuniam atq; tandem aliquando realem finem negotii mei pecuniarii, tum Consilio Illmæ Vrae. Excell: gratissimo de itinere meo Curlandico. Quæ omnia benignissimæ ac prævalenti promotioni Illmæ Vrae Excell: melioris modo iterum atq; iterum commendans, bonumq; mihi appromittens inde effectum, ad quævis præstanda reciproca officia obligatissimus, ac omni venerationis cultu incessanter maneo,

Monseigneur

de Votre Excellence

le tres humble et
obligé serviteur

Ferdinand Duc
de Curl.

Gedani die 7. Januarij
ao 1771.